

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandus, U.I.D.
& Cod. Professor, ad Exequias, Quas Viro ... Dn. Henrico Schlutovio,
Ecclesiastae Nicolaitano, dum viveret, meritissimo, Eiusdem moestissima relicta
vidua ... parabit, Cives Academiae ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777293>

Druck Freier  Zugang



Willebrand, A.,

in

Henr. Schlutow.

Rost. (1670.)

68.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777293/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777293/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS VVIL-
LEBRANDUS,

U. J. D. & Cod. Professor,

ad Exequias,

Quas

Propterea Pl. Reverendo & Clarissimo

DN.

HENRICO
SCHLUTOVIO,Ecclesiastæ Nicolaitano, dum vive-
ret, meritissimo,Eiusdem mœstissima relicta vidua
hodie hora Prima in dicto templo Nicolai-
tano parabit,

Cives Academiæ universos

& singulos

peramanter invitati.

ROSTOCHII, Typis JOAN KILE, Univers. Typogr. Anno 1670.



REcè Phocylides ὁ βίος τροχὸς, Vita Rota, & alter ille, ὁ βίος ἀληθῆς ὁ βίος ἀλλα συμφορᾶς.
Vita nou est vita sed calamitas.

Ecce sumus pulvis, sumus ecce miserrima tellus,
Et nostri fugiunt, ut levis aura, dies;
Carpimur ut stipula rapido carpuntur ab igni,
Nec nisi vivendo Somnus & umbra sumus,
Scilicet ex illâ, quâ primum nascimur, horâ,
Prorepunt juncto, vitâ, morsq; pede:
Nascentes rapimur, nec retrò flectere cursum,
Aut Spatium emensum vita iterare, datur.
Non, tibi vivacem, furor est, spondere senectam?
Quia non sit vita certa vel hora tua?

Quæ est vita vestra? dicit D. Jacobus, Epist: cap.
4. vers. 14. Vapor est ad modicum apparens & deinceps exterminabitur, Secundum Version: Genev: qu' est ce, de vostre vie? ce n' est certes qu' une vapeur, qui apparoist pour un peu, & puis s' esvanouit: Vitam nostram navigenti similem esse vult D. Gregor: in Regist: is enim, qui navigat, stet, sedeat, jaceat, semper vadit, quia impulsu navis ducitur, sic & nos vigilantes sive dormientes, per momenta temporum quotidiè ad finem tendimus, Nam

Tam cito vita fluit, cito quam fluvialius unda
In mare deproperat nec redditura fugit;

Vita

Vita brevis est homini scribit Erasm. quasi somnium
fugax, nulli crastina dies certa est, nihil enim nisi ventus
& umbra sumus Ep. 310. Venusinus Poeta, nemo est, qui

rem Divos habuit faventes,
Crastinum ut posset sibi polliceri;
Res Deus nostras celeri citatas
turbine versat.

Nihil enim fugatus seculo, rebusque seculi, quas dum tenemus amittimus, & per septenā spatia, secundum Philonem Philosphum, infantiam sc: pueritiā, juventutem, & virilem & ingravescentem, ac maturam etatem, annosq; ultimos senectutis mutamur & currimus, & nescientes ad mortis terminum, pervenimus: ut nihil ita decipiatur, quam cum ignorant homines spatia vivendi & longiorem tñ. sibi vita repromittunt: Hier. Ep. 79. Moriendum certè: Homini etenim cuiq; cursus unus est vita ab opifice datus, cuius finis est omnino mors, piè scribit imp. justin: in sua constit: græcâ latinè redditâ à iecto Contio in l. 57. C. de Episcop. audient: Id quod repetiit in Nov: sua 1. quod omnibus hominibus terminus vita sit mors, c.i. fere insin: verum an hoc ipso die, hoc ipso temporis indivisibili punto, incertum, hinc Christianè sanè Christianus quidam monet

Mors certa est, in certa dies, hora agnita nulli;
Extremam quare quamlibet esse puta.

omnibus ne dicam horis sed momentis imminet, nullis
sapè præcedentibus signis, nullâ datâ causâ, cautione,
citatione, præmonitione nullâ: Nil tale cogitantem
& securâ delitescentem, serius, oxyus, subito, tarde,
punctum

punctim, cæsim, pedetentim, confestim, invadit:
Quo sit, ut hic ferro, alias veneno, lapsu alias, aut
ruina, alias serpentum morsu, tardo alias stillicidio,
imbre aut fulgure alias, alias longâ nervorum contra-
ctione, igne, aquâ, peste, belluis, hominibus, cunctis
denique rebus aliis exanimetur. Ita vita hæc est vi-
ta dubia, vita cæca, vita ærumposa: Quam, uti eleganter
Augustinus ad dic: Loc: 7 jacobi suprarelati refert, humores
humidant, dolores extenuant, ardores exsiccant, esse in-
flant, jejunia macerant, joci dissolvunt, tristitia consu-
munt, sollicitudo coarctat, securitas bebetat, divitiae jacti-
tant, paupertas dejicit, senectus incurvat, infirmitas fran-
git, mœror deprimit. Post hæc omnia, Mors interimit, uni-
versis gaudiis finem imponit, ita cum esse desierit, nec
fuisse putetur. Ne ergo gloriaris in crastinum, ignorans
quid superventura pariet dies, sapienter monet sapi-
entissimus mortaliūm quot sunt quotquot fuerunt
& quot erunt, Salomon prov: cap. 27. in pr.

Unde igitur fastus venit, unde superbia nobis,

Quos fatum (prater tot mala) triste, rapit?

Nam vivi vario jactantur turbine semper,

Qui moritur, finem repperit ille mali;

O Mortale genus, male firmum, triste, misellum,

Seu te habeat tellus, seu sera Parca ferat:

Nascimur in Lachrymis, Lachrymis quoq; vita madescit,

Et vitam rursus linquimus in Lachrymis.

Tantis enim & hæc vita nostra repleta est miseriis, mo-
lestiis, afflictionibus & omnis generis malis, ut compa-
ratè mors remedium putetur esse, non poena; quid
enim est diu vivere, nisi diu torqueri, ait Div. Augustin?

Sermon.

*Sermon. 17. de verbo domini benè sperando & malè ha-
bendo, transit vita mortalium: Bleganter hæc, falcis
cilio quasi, comprehendit patientissimus & in hisce
Practicus excellentissimus jobus cap. 14. v. 1. homo na-
tus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis
miseriis: Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni
sunt, nec per noctem mente quiescit, dicit Eccles. c. 2.
v. 23. occupatio magna creata est ei & jugum grave su-
per filios Adam: Syrach. c. 40. v. 1. hinc fit, addit ibidem.
Andr: Osander ex Augustino, ut etiam parvulos videamus
post lavarum regenerationis divisorum malorum afflictio-
ne cruciari, ut intelligamus rotum quod agitur salutaribus
Sacra mentis magis ad spem futurorum honorum, quam ad
retentionem vel adceptionem presentium pertinere: Quin. Deo
gratus, necesse est, ut tentatio eum probet, ait Angelus Raph:
ad Tobiam C. 12. v. 13. Multæ sunt homini & anxieties
innumeræ & repentinæ Mortes, rectè monet Justinianus
noster in Nov. 84. c. 1. impr: & JCtus Paulus, ter-
ra marique, tam in pace quam in bello et Tam domi
quam militiæ, multis generibus mortis periculum
metui potest, in l. 35. §. 4. ff. de Mort: causa donat:
Instar enim militis, qui cum in urbe proditores non
invenerit, machinist' tormentisque rem agit, & vi por-
tas evellit; Mors quoq; ubi pravos humores, morbos,
catharros, aliaque Symptomata, quibus, ad sua con-
filia, ceu proditoribus utitur, intus in corpore non re-
pererit, supradictis insperatis accidentibus ac casibus,
qui vix enarrari omnes possunt, quasi machinis torme-
riis, hominem convellit vitamque ei eripit, uti pl: quo-
tidie ferè ob oculos versantur casus, quorum & anti-
quorum non raram farraginem congessit Theodorus*

Zwinglius in sui Theatri vitæ humanae voluminis se-
cundi, libro septimo, E quo plurima tristia & mirabi-
lia impræsentiarum exempla afferre non vacat: Dum a.
in vita nos hic subsistere permittit summus ille vita
& mortis nostræ arbiter, cum multis molestiis, perpe-
tua hic nostra militia est; Siquidem

*Nunquam bella bonis, nunquam certamina desunt,
Et quo cum certet, mens pia semper habet;*

Non modo cum Diabolo, mundo, nostrâq; propriâ
carne, sed etiam tam cum potentioribus, quorum
tamen Regnum sub potiori Regno, quâm æ qualibus
pugnandum, quorum persecutiones, dissamations,
calumniæ, mendacia & scommata, pungunt cor
& affligunt homines Psalm 120. de quibus quantoperè
David, Vir Dei, Conquestus, omnes ferè ejusdē Psalmi
satis ostendunt, (Domine quid multiplicati sunt, qui
tribulant me? multi insurgunt adversus me 13.v.2. usq;
quo exalabitur inimicus meus super me? 13.v.4. litiga
Domine cum litigantibus mecum, & pugna cum im-
pugnantibus me; apprehende arma & scutum & ex-
surge in adjudoriū mihi 35.v.1. & 2. &c. &c.) Quos b. fa-
mæ fures, eorumq; receptatores & occultatores recte
& probe appellat Admodum Rev. DN. HENRICUS
MULLER US, SS. Th. D. P. P. Pastor meritissim⁹, amicus
& Collega me⁹ singulariter dilectus in seiner geist: Er⁹
quicq;st. p. i. c. 4. & dignas illis lequei p̄xnas dictitat, si nō
hic in mundo (ubi immemores 8vi præcepti Decalogi,
laudē sibi quasi querunt alteri⁹ suppressione & , quasi v.
apparere in vulg⁹ student) in altero certe æterno judi-
cio, sub gehennâ, luendas. Quid itaq; celi⁹ esse potest?
quid

quid tutiq; quāmante omnia Dei mēmores, ut mox &
ipse justianus, Nov. 30. c. 7. unam tantum sollicitudinem
gerere, quomodo eidem (cujus misericordia non perditi-
onem sed conversionem & salutem vult, & delinquentes,
qui corriguntur, suscipit, uti cum sacris, loquitur Id: justin.
Nov. 73. pr:) placere possimus, id quod piē & sancte mo-
net & hortatur Chrysostomus. *Horn. 21. ad Theodororum*
Monarch. Is enim clementer nobiscum agit, iramq;
suam in aliud tempus rejicit nostram exspectans p̄x-
nitentiam Nov. 141. pr:

IMITABIMUR in eo nostrum macaritem
piē in Deo defunctum. Pl. Rever: DN. HENRICUM
SCHLUTOVIUM. cuius causa hodie convenimus, ob
cujus præmaturum & insperatum obitum, ex Christia-
nā Sympathiā, condolemus, utpote cuius vitæ termi-
num ideo Deus brevem fecit, tam, quod ipsius anima
& ipsi Deo placuerit, quām, ut etiam molestiæ ejus,
quæ prosperitate vinci vel tolli non poterant, tempo-
ris exiguitate vincerentur; Cujus in Deo confidenti-
am & confessionem piam, uti miramur, ita etiam, cum
totius ejus vitæ curriculo & periodo, ortus primordio
ac mortis clausulâ, designationem, Vobis, Cives Acad:
vestris Tit: honoratissimi! uti accepimus, hisce inser-
tam integrā damus, omnibus eundem pium ex hac
vita, cū Deo placuerit, discessum, ex animo exoptantes.

DN. HEINRICUS SCHLUTOVIUS Na-
tus est Rostochii Anno 1637. ipso die Petro & Paulo Sa-
cro, Parentibus optimis ac piis, Patre scil. Viro Integerri-
mo HENRICO Schlutowen / Cive, Mercatore ac
Cerevisario bujus Urbis, Matre verò fæminâ laudatis-
simâ & omnium Virtutum muliebrium coruscâ W E N-
DULA WESTPHALS. Avus Paternus fuit Vir In-
tegerri-

regerimus HERMAN Schlutow / Civis & Cerevisarius bujus Urbis, Avia verò Paterna Matrona honestissima Tilsche Gricken. Avus Maternus ipse fuit Vir Admodum Reverendus & Clariss. Dn. Magist. JOACHIMUS WESTPHALUS Pastor Vigilautissimus Ecclesie Jacobae & Ecclesiarum bujus Urbis Superintendens. Avia verò MAGDALENA CROWELIA, Matrona Virtuosiss. JOHANNIS CROWELII, Civis Primarit b. m. & ANNÆ Edlers, Matrone laudatiss. Filia. Quia verò pranominati Parentes probè sciverunt Filium bunc suum in peccatis esse conceptum ac natum, per baptismum, tanquam lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus Sancti, Christo Salvatori nostro & Ecclesiae eundem consecrârunt. Cum verò Pater mature ex hac arumnarum valle discesserit & filium bunc suum puerum decem annorum reliquerit, Optima ac Pia Mater, per Dei gratiam, sollicitè eum educavit, & imprimis dedit operam, ut pietatem à primâ pueritia coleret & bonis literis & artibus imbueretur; cuius gratia non solum privatis Preceptoribus est commissus, sed & postmodum in Scholâ nostrâ triviali, Rectore iam temporis DN. Doctore MICHAEL COBABO, Prof. Publ. (cui multum in studiis suis tribuebat) diligenter est informatus. Factis in hac Scholâ bene linguarum ac Artium fundamentis, Anno 1658. circa festum paschatos Academiam Regiomontanam concessit, ut, que in Schola nostra imbibatur, ibidem ulterius coleret; Substitutus predicto in loco per sesqui annum & proprias præmemoratum Avum M. JOACHIMUM WESTPHALUM Superintendente in p. m. Studium Theologicum elegit & omnes suas eò direxit actiones, quo Dno. nostro Iesu Christo in Vineâ

Vineâ suâ inserviret. Hoc fine non solum studium Theologicum sub DN. DOCT. DREIERO in predictâ Academia, cum Philosophico sub M. ZEIDLERO, & linguis gnaviter tractavit, sed & in concionibus habendis se se exercuit. Relicto Regiomonte rediit in Patriam & diligenter nosros audire Professores, Principè D. CAR SPARUM MAURITIUM, sub quo Disputationem contra Calvinistas & D. HENRICUM MOLLE RUM, sub quo Collegium contra Papistas habuit. Ornaverat eum Deus elegantibus donis binc ad concionandum in nostris templis à ministris Dei sàpè est vocatus, ubi semper lubentiss: cuiq: petenti gratificatus est. Anno 1664. circa festum Apostoli S. Andreae legitimus votis ab Ecclesiâ Nicolaitana electus est ad Diaconatum, 17. Januarii Anno 1665. introductus est, die vero 29 primam habuit concessionem in predicto templo Nicolaitano, Ast brevi prob dolor! tempo reper quinq: scil. saltem annos & viginti sex hebdomades hoc officio functus est: Quà fidelitate, qua vigilantiâ ac diligentia testabuntur ejus auditores. Eodem Anno, Die 18. April: nutu Dei, conjugio sibi copulavit uxorem iam tristissimam, virtutibus Splendidam, MARGARETAM CATHARINAM Sandhagen/ M. REMBERTI SANDHAGEN, per 34. annos templi Nicolaitani V. D. Ministri, & DOROTHEÆ Allwarts/ matrone virtuosissima, filiam, tum temporis DN. NICOLAI RIDEMANNI, S. S. Theol. Lic. concionatoris fideliss. templi Marianip. m. relictam viduam, cum quà concorditer vixit & divina benedictione tres genuit liberos, binos scilicet Filios HENRICUM & REMBERTUM, & unicam Filiolam MARGARETAM CATHARINAM, qui à Deo ad Cælestia sunt avocati. Vixit hic Noster piè ac temperanter, uti iis, qui cum ipso conver-

sati sunt; notum est. Die 13. Augusti vehementis Capitis dolor ipsum invasit, ita ut posterā die Dominicā labores suos Ecclesiasticos ipse haut potuerit sustinere; & quamvis pataremus in levem febriculam morbum istum inclinaturum, gravis verè & omnem quietem excutientis febris apud eum exorta est, que ut repelleretur adhibiti sunt Medici Experientiss. DN. Doct. JOHANNES BACKMESTERUS, ut & DN. D. PAULUS JOACHIMUS STOCKMANNUS, qui medicamenta salubria beato nostro SCHLUTOVIO applicarunt, ast vehementia morbi omnia respuit utilia remedia; Hinc ad Deum Medicum I'sraelis consigilium sumvit, & quamvis ante quatuor Septimanias in Ecclesia Nicolaitanā publicè communicaverit, tamen à Confessionario suo M. REMBERTO SANDHAGEN petiit, ut SS. epulo carnis & Sanguinis I'Esu Christi anima ad remissionem peccatorum & vitam aeternam denuò resiceretur, quod etiam die 18. Augusti factum est, ubi talem peccatorum suorum Noster SCHLUTOVIUS edidit confessionem, qualem confessionarius, dum in officio fuit, nunquam audivit. Hinc secuta est lata absolutio & communicatio Corporis & Sanguinis I'Esu Christi. Post participationem hujus sacri epuli se Deo totum commisit, & in beneplacito ejus posuit vitam & mortem suam, suspiria & pieculè ad I'Esum mittens, ut cruenta sua vulnera usq; ad ultimum vita habitu sibi ostenderet. Cum persentisceret Confessionarius finem vite SCHLUTOVII approperare, in memoriam ipsi revocavit dictum Job. 19. Scio quod Redemptor meus vivit, inquiens, DN. SCHLUTOVI dilectiss. Gener, I'esus est etiam tuus Goel & Redemptor, qui te pretioso suo Sanguine mercatus est. Ad id respondit; Das ist mein Trost zu aller Zeit/ in allem Erenz und Traurigkeit/

ich

ich weiß daß mein getreuer Gott / für mich in
den Tod / seinen liebsten Sohn gegeben hat. Der-
selbige mein Herr Jesu Christ / für alle meine
Sünde gestorben ist / und auferstanden mir zu gut/
der Höllen Gluth / geslecht mit seinem theuren
Blut. Dem leb und sterb ich allezeit / von ihm der
bitter Tod mich nicht scheid / ich leb oder sterb so bin
ich sehn / er ist allein / der einige Trost und Helfer
mein. *Ad id respondebat Confessionarius : Bey sol-*
chem seinem herrlichen Bekändniß soll es auch ver-
bleiben/welches er denn auch mit Darreichung der
Hand/und mit Ja und Amen confirmiret / daß es
durch die Gnade Gottes von ihm soll geschehn.
Et paulo post inter preces Confessionarii & Circumstantium
circ a horā 7. præterita diei Dominica, ubi sonabat in nostris
Ecclesiis Verbum illud: Omnia bene fecit, placide in Dn. Iesu
obdormivit Anno etatis 33. Memoria ejus sit in benedictione!

Si fides Alberto Krantio in sua Metropoli lib. 8.
cap. 55. habenda, propter summam devotionem, in
CLARÆ Eremitarū ordinis virginis demortua & exen-
terata corde imaginem Crucifixi domini concretam
inventam fuisse & in Ignatii primitivi Episcopi (quem
semper in Ore habuisse referunt hoc, *Amor me⁹ Crucifixus*
est) corde, nomen quoq; IESU aureis literis post morte
repertū, id quod stupore Christi fidelib⁹ fecerit, certe de
hoc nostro p. defuncto, ad talem confessionē de merito
& fidei in Christum, ferè affirmaremus. Beatique in tali
*pia fiducia discedunt. Hi enim confidenter alloquian-
tiam cum Babyla martyre, de quo Eccles: scriptores,*
intrepidè & quasi cum tripudio possunt, Revertere a-
nima mea ad requiem tuam, quia jehova bene fecit
tibi, eripuit animam meam à morte, oculum meum à Lachry-
mis,

mis, pedem meum à lapsu, Ambulabo corám jehova in terra vi-
uentium : Job. Jacob: Gynaeus in Apoth. morientium. pulchram enim
animam Deo charam, posteaquam corporeis vinculis soluta-
hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentien-
tem & contemplantem, mirabili quadam voluptate affici & exulta-
re atq; hac vitâ, tanquam gravi quodam ergastulo, liberatam
compedibusq; illis, quibus mentis alæ deprimebantur, solutam,
summa cum hilaritate ad dominum suum tendere & reconditam
beatitudinem jam velut per imaginem & simulachrum percipere,
postea cognatam carnem à terra recipientem ad gloriae cælestis
hereditatem secum admissuram & quemadmodum ob naturæ
conjunctionem ærumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam
jucunditates suas cum ipsâ, absorpto eo quod mortale & caducum,
communicaturam, sapientum verbis adductus ut id credit D.Na-
zianzenus orat: io. refert: Sed quorsum! Gratulemur propter
ea potius p. defuncto quam indecorè & Ethnicè contristemur.
Bene ipsi; non invidemus ei quietem, pacem, securitatem, beat-
itudinem cum infinitis gaudiis & portum verum salutis æternæ
Vos qui ejus causa in luctu estis, non equidam eundem improba-
mus, sed moderatè, spe firma resurrectionis, eum temperate,
Eruditi cuiusdam è variis scripturæ locis erutum dictum est,
Vim ab alto trahentem sequamur, & æquum censeamus, ut homini
non displiceat, quod videmus Deo placuisse, Cæterū cum jam ex anime
hoc corpus ad dormitorium suum sit deducendum, uti de vestro,
Acad: cives, vestris tit: honoratissimi! in has exequias affectu non
dubitamus, ita & funus hoc splendido vestro comitatu sequimini.
Quo ipso, in solamen non leve tristitia viduæ, ejus, & Dn: Soceri,
de Ecclesia hac per tot annos optimè meriti, ob hunc præmatu-
rum obitū Generi sui amantissimi, animis non leviter afflictis cordi-
busq; vulneratis vestram condolentiam, ut dici solet, declarabitis,
Nam hoc est quod D. Gregor: Mag: dicit, plus esse compati ex corde
quam dare, exteriora enim largiens, rem extra se ipsum præbet,
qui autem fletum & compassionem, ut & hac voce utar, proximo
tribuit, ei aliquid etiam de se ipso dat: Ite ergo exequias, ite, &
inter eundum, mortalitatis & inconstantis vitæ memores,
cogitate Hodiè mihi, cras tibi; valete.

p.p. 26. August. An. 1670.



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777293/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777293/phys_0020)

DFG

quid tutiq; quāmante omnia Dei mem
ipse justianus. Nōb. 30. c. 7. unam tantur
gerere, quomodo eidem (cujus miseric
onem sed conversionem & salutem vult,
qui corriguntur, suscipit, uti cum sacris, lo
Nov. 73. pr:) placere possimus, id quod p
net & hortatur Chrysostomus. Hom.
Monarch. Is enim clementer nobisc
suam in aliud tempus rejicit nostram
nitentiam Nov. 141. pr:

IMITABIMUR in eo nostru
piè in Deo defunctum. Pl. Rever: DN
SCHLUTOVIUM. cuius causa hodie
cuius præmaturum & insperatum obit
nā Sympathia, condolemus, ut pote c
num ideo Deus brevem fecit, tam, quo
& ipsi Deo placuerit, quām, ut etiam
quæ prosperitate vinci vel tolli non po
ris exiguitate vincerentur; Cujus in
am & confessionem piam, uti miramu
totius ejus vitæ curriculo & periodo, o
ac mortis clausulâ, designationem, Ve
vestris Tit: honoratissimi! uti accepin
tam integrum damus, omnibus eundem
vita, cū Deo placuerit, discessum, ex ani

DN. HEINRICUS SCHLU
tus est Rostochii Anno 1637. ipso die Pe
cro, Parentibus optimis ac pīs, Patre scil
mo HENRICO Schlutewen / Civ
Cerevisario hujus Urbis, Matre vero
simā & omnium Virtutum muliebrium
DULA WESTPHALS. Avus Pate



the scale towards document

013

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.